

Justus Christoph Schomer

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Iustus Christophorus
Schomerus, S. Theol. D. & Prof. Prim. Communis ... Ad Festum Natalis Domini
pura sancta[ue] religione colendum Cives Academiae suis quosq[ue] titulis
honorandos more maiorum excitat [P.P. sub Sigillo Rectorali, in ipso festo
Nativit. XXV. Decembris, anni ... MDC LXXXVII.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1687]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742500926>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

1687. Weihn.

M-1256. st.

1687
22

PROGRAMMA
^{2ro}
RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JUSTUS CHRISTO:
PHORUSSCHOMERUS
S. Theol. D. & Prof. Prim. Commu-

nis Sereniss. Ducum Consistorii h.a. Di-
rector & Superintendens Mecklenburgensis



Ad
FESTUM
NATALIS
DOMINI

purâ sanctâq; religione colendum

Cives Academæ suis quosq; titulis honorandos
more majorum excitat.

Rostochi, Typis JQH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.

M. 1256 57

Ulm' præter vota, statumque veteri more terminum prorogatus mihi fluit Rectoratus, occurrimus augustissimo natalis diei festo, quod Christo Salvatori nostro, in hanc lucem quondam ex virginie matre edito, solemni gatidio atq; laudis decantatione celebrat Christianus orbis. Festum hoc, sive rei, cui id sacrum habemus, dignitatem, acceptiq; in ea beneficij magnitudinem spectes, sive multorum retro seculorum exemplum, inter præcipuos pieratis ritus, quos quidem ecclesiæ libertas adinvenit, referre par est, quo de explectione vaticiniorum & longæ patriarcharum spei nobis ac omnibus fidelibus gratilamur. Quod si magnorum Principum atque heroum natales inter multa publicæ latitiæ signia celebrare populus aliis terrarum partibus & olim svevit & hodie solet, quanto majore jure de his natalibus gatidemus publicè, Deoq; gratias agimus, unde non civitatis alicuius flos & augmentum labile, sed totius humani generis æternæ salus periret, & in quibus non regium sanguinem, sed ipsum Dei filium, divinæq; & immensæ gloriae ad humanæ conditionis Consortiū se demittentem majestatem admiramur? Omnino oportet illos parum reverentiā tanti hospitis moveri, qui mysterii hiujus, quod angelico quondam carmine cebatur, ut Evangelica prodit historia, annuam statu die memoriam in ecclesiâ conservari nolunt. Cujusmodi homines hodie plures videas suâ opinione catharos, vel ut barbarè vocari amant, *puritanos*, quibus omnia religionis adminicula sordent, atque ne superstitionis notam incurvant, profanare sacra hæc quam imitari satius videtur. Quamvis enim ad fundamenta fidei & salutis non pertineat festorum dierum observatio, illa tamen debetur majoribus auctoritas, illa ipsi Christo in terris nato reverentia, ne perinde tollere liceat pia ejusmodi honoris & grati animi documenta, ac priscis quondam Christianis eadem non ponere integrum erat. Enimvero non idem facimus, quod communiter hierarchici in Angliâ solent, qui ceremonias suas contra fanaticorum hominum insultus mintis rectè sibi tueri videntur, nisi contrario antagonistis errore. illas in Apostolicam traditionem refundant, ut & hanc

& hanc natalis Christi statam quotannis memoriam ab ipsis in-
cunabilis Christianismi deriveamus: sed juniores aliquantò fe-
sti originem esse agnoscimus, quippe post tria fere ecclesiæ se-
cula demum inauditii. Nicephorus sanè videtur institutio-
nem ejus Justino I. imperatori vindicare, quemadmodum ab
eius filio Justiniano *τὸν οὐαταρτὸν* seu purificationis festum
publico edicto sancitum esse narrat. Sed ut illius scriptoris in
veteri historiâ non admodum gravis auctoritas est, ita quæcum-
que tandem facta sit à Justino diei, quibusdam fortè locis negli-
gentius habiti, confirmatio, certum est, diu antea illum in o-
mni ecclesiâ sacram festumque fuisse, quod non tantum Augu-
stini, Hieronymi, Ambrosi, Leonis, Chrysostomi, aliorumq;
dictæ hoc die homilia docent, sed & ipse Justiniani codex *l. 2. &*
7. de feriis Valentiniani, Theodosii & Arcadii AAA. constitutio-
nes exhibens, idem festum agnoscentes. Quin idem Nicepho-
rus jam tum Diocletiani tempore sub initium quarti seculi, me-
moriam publicam natalis Domini agnoscit, cum multa homi-
num millia, qui ad illam celebrandam in ædem sacram confluxe-
rant Nicomediæ, eodem die succenso templo à tyranno exusta
esse narrat. Hammondus autem & partim Montacutius, docto-
res Angli, ut majoris ævi canitiem illi concilient, pseudonyma &
adulterina etiam scripta excutiunt, ac pro genuinis tuentur, O-
rigenem in Matthæum, Cyprianum dc Cardinalibus Christi o-
peribus, Constitutiones Apostolicas, deniq; Josephi Ægyptii testi-
monium, viri vix ante trecentos annos nati, ex Arabico MS. bi-
bliothecæ Bodleianæ, qui Apostolicum illum canonem esse affir-
mat, ut XXV. Decembbris dies Christo natali habeatur. Major hic
Pontificiorum, Florentinii & ex eo Cardinalis Bonæ candor est,
qui sub Julio I. papâ, id est, circa annum Domini 340. demum
natalitatem Christi statu die Romæ coli cœpisse volunt. Certè
sub finē seculi secundi nondū hoc festū obtinuisse, vel inde con-
stat, quod Clemens Alexandrinus *l. 1. Strom.*, aliquos *πεντάς*
accusat, quod non annum tantum sed & diem nativitatis Christi
scire velint: & ipsa veterum dissensio in illo definiendo, quæ etiā
quarto seculo observatur, postquam jam ubiq; sacer Christianis
esse cœperat, planissimè docet, nullâ illum Apostolorum lege ec-
clesiæ

clesia commendatum, neq; communi aliquâ deliberatione pri-
mitus receptum esse. Nam præter illos, quos olim menem Au-
gustum illi assignasse Clemens refert, omnem Ægyptum atq; o-
rientem in sexto Januarii nativitatem Christi ejusq; annivertaria
sacra fixisse, Epiphanius *hæc. 1. n. 24.*, Nazianzeni *Orat. de natali Dō-
mini*, Cassiani *collat. 10. cap. 2.* aliorumq; testimonia luculenter com-
probant. Unde Epiphania, sive (ut Græcis etiam dicitur) Theophan-
ia hodieq; nomen habet, non ab apparitione stellæ, quam magi
secuti sunt, sed ab apparitione filii Dei in carne, ut diserte do-
cet Nazianzenus; & Hidorus pelusiota *lib. 3. ep. 110.* τὰ τεράvia,
in quibus, ἡ σωτῆρος γένη ὀργα γέννησις. Occidentales autem
ecclesiae quia hunc, quem nos colimus, diem festo addixerunt,
prævio Hieronymo in c. 1. *Ezech.* aliam etymologiae rationem epi-
phianæ adinvenerunt, vel à baptismo Christi, vel à stellâ magorum
vel ab aliis deniq; Christi miraculis deductam. Quâ verò ratione
Latinorū hic dies ad Græcos transvolavit, docet nos oratio Chry-
sostomi, quam anno hujus seculi nono Petrus Pantinus Tiletanus
cum aliis aliorum Græcis homiliis luci publicæ edidit, postea o-
peribus Chrysostomi insertam, cuius hæc est inscriptio: Λόγος
εἰς τὸν γενέθλιον ἡμέραν τῇ σωτῆρος ἡμῶν ἡσυχίᾳ, ἀδηλοὶ μὲν
ἐπιχρήσαντόν, εὐφρόνησις δὲ τῷ ὄλιγον ἐτῶν γνωριζεῖσας τῷδε τῷ πνεύματι ἐπό-
ῆσε δύσκολος ἐλθόντων: *Oratio in diem natalem Salvatoris nostri Jesu Christi, ignorum ante a. sed ante paucos annos indicatum à quibusdam ab occidente venientibus:* In quâ ante decenniū sibi hujus diei indi-
cium factum esse prodit, non episcoporum literis, sed sermoni-
bus advenarum. Magnum in hac oratione vulgaris sententia
præsidium positum esse censet Hammondus *catech. prat. p. 85.*
& de festis p. 538. op. nec sine causâ cum celeberrimo hoc archiepi-
scopo totum orientem sibi persuasisse censet, qvòd de die illo Romanis certò constaret, quandoquidem ad tabulas censuales Ro-
manorum etiam Justinus martyr *apol. 2.* & Tertullianus *cont. Mart. l. 4. c. 19.* provocarunt. Nos quidem in hoc firmato multarum gen-
tium & ætatum consensu facile acquiescimus, neq; novo sive Sca-
ligeri sive aliorū calculo, per ephemeridū sacerdotaliū incertos
circulos aut quavis alias conjecturas neqvicquam nos ducente,
movemur, ut incerta diei annuam recordationem in certo alio
termino

termino commutemus turbemusve : miramur tamen ingentem
lorum fidiciam, quâ perinde ut annum censûs & edicti Augustalis,
in quem nativitas Domini incidit, aut censorum nomina ac genus,
ita ipsum quoq; diem, quo natus Christus sit, in Romanis tabulis quæ-
ri potuisse opinantur, quasi vel omniū hominū natales istic descri-
pti extiterint, vel specialiter de nato Jesu populus Rom. magis, quâ
Herodes aut cives Hierosolymitani, solicitus fuerit. Etenim *ayw-*
bev, id est, à pluribus retrò annis, & ex veteri traditione Romanos
illum diem servasse, apud Chryostomum lego, de tabulis publicis,
quæ diei veritatem probent, nihil lego; potuitq; illa omnis Roma-
norum traditio vetustatis nomine commendari, et si nec dum ante
centum annos nota fuerit, & ut fieri eo tempore solebat, incerta o-
lim quorundam conjectura, postquam tandem festum publicè re-
ceptum erat, in traditionem antiquitatis abiisse. Sed Armenii non
æq; faciles ac Græci fuerunt in moris sui immutatione, quippe qui
fixum sibi semel sextum Januarii servantes, omnes in eo ecclias
quorundam inde ab Apostolis convenire rebarunt seculo XII. ut pro-
dit epistola Catholici illorum ad Manulem Imperatorem. In illâ
tamen lubricâ de vero natali Christi disputatione, otiosa est subti-
litas Voctii aliorumq; ex præcisionis sorte opponentium, cum qua-
runt, an etiam hymnos illos & sequentias in hoc festo canere liceat,
quibus *natum Christum hodie, & qui processit HODIE de ventre virginali,*
ecclesia dilaudat. Illud enim *hodie*, tanquam repetitæ memoria vox,
vulgò popularē estimationem magis quam solis atq; siderum re-
volutionem aut mathematicas regulas sequitur, in ea latitudine sen-
sus, ut sine scriptulo mentis pér plures dies, vel hebdomadas etiam
in ecclesiâ resonet. Ceterum et si Latini legibus suis nativitatem
Domini ab adventu magorum, distincto commemorationis inter-
vallo, separaverint, Græci tamen id ex priscâ traditione atq; more
videntur retinuisse, ut eodem hoc XXV. Decembris die utrumq;
festum combinent, quemadmodum observat Il. Casaubonus *exercit.*
2. n. 1. sub fine atq; interim solam benedictionis aquæ solennē pom-
pam, quam & Armenii & Coptiæ habent, alteri illi, tanquam bapti-
smali, ut rentur, Christi diei servare. Vocant Græci hoc festum,
postquam ab epiphania die abstractum est, specialiter *γενέθλιον ιησούς*
par, Latini veteres *Nataliem*, sed recentiores *Nativitatem Domini*, ut
)()

ā memo.

à mémoriâ martyrum, quorum dies emortuales natalium nomine
venire siveverunt, distinguatur. Qualem Beleti observationem le-
gimus apud Fresneum in Glossario. Appellamus Germani festum
hoc à sacratâ nocte, quod nocturnis sacris atq; vigiliis præ ceteris no-
bis solenne sit. Evidem veteres antelucanis synaxibus sub ethnici-
corum imperatorum tyrannide assueti, etiam postea, cum floren-
tiore fortunâ uterentur, omnibus statorum dierum publicis sacris
nocturnas anteponebant in templis vigilias, & illis, quæ omni he-
bdomade, sabbato & die dominico habebant, de quibus Niceti epi-
scopi libellus peculiaris extat, Hieronymo falso adscriptus. Idem
majore ac alacriore frequentia factum esse in festis majoribus, fa-
cile possumus concludere, & ita magnam paschæ ~~flavu~~ ~~έρηνον~~ no-
minat Eusebius lib. 6. hist. c. 9. quæ omnis populus gravi mœrore percus-
sus fuerit, quod oleum lanapadibus deficeret, & alibi imperatore Constantino-
num laudat, qui sacram festivigiliæ cereis per orbem accensis
illustriorem reddiderit. Has totarum sæpe noctium excubias pre-
cibus agere soliti, mox ut & psalmis atq; hymnis in laudem Dei
compositis ornarent, æmulatio Arianorum Constantinopoli causam
dedit, teste Sozomeno lib. 8. cap. 8. Quæ successu temporis mo-
nachorum tandem propria disciplina facta est. Idem igitur quod
in aliis festis observatum est, & in hoc observatum esse constat. Non
diffiteor paschalis festi, cuius maxima semper in ecclesiâ solennitas
fuit, etiam decantatissimas vigilias esse: ceterum quia in nativitate
Christi peculiaris noctis veneratio extitit, quâ natum esse Christum
omnes credunt, certè nocte pastoribus voce Angelicâ ejus primum
indicium factum esse, historia Evangelica testatur, hujus quoq; festi
vigilæ diutius in ecclesiâ quam cujusq; alterius constiterunt. Extat
hujus officii non una descriptio in Sacramentario Gregorii, in vigi-
lia ad nonam, in nocte, in mane (ut tituli sonant) recitandi. De illo subor-
nata legitur Telesphoro papæ constitutio, c. 48. de consecr. dis. 1. Nocte
santâ nativitatâ Domini Salvatoris missas celebrent presbyteri, & bymæ
angelicum in illius soleniter decantent, quoniam eadem nocte ab angelis pa-
storibus nunciatus est. Coptitarum autem traditionem hunc morem
ad concilium Nicænum referentium, ex Abnalhassato recitat A-
brahamus Ecchellenensis in prefat. ad canones suos Arabicos. Retinent
inde antelucanas hoc festo missas quibusdam locis hodieq; ponti-
ficij

ficiū, retinemus & nos non tantum quas omnibus etiam dominicis diebus servamus, summo mane synaxes, sed & mediā nocte musicam à turriū canticib⁹ hymni angelici modulationem, qvæ animos sopore excusso ad vigiles Deo laudes canendas excitet. Lætitiam hujus festi omnem jejuniorum disciplinam tollere, si quando in quartam vel sextā feriam incidat, veteri more omni hebdomade esuriales & stationibus dicatas, docet Epiphanius *expof. fid.* §. 22. & sic totum διαδεκαήμερον jejunii quondam vacasse censer Menardus *ad Greg. sacr. p. 35.* Cui tamen sententia præter calendas Januarias, quas ipse agnoscit, pœnitentiæ exercitiis luxuriæ gentium quondam oppositas, & illud Græcorum institutum adversum esse videtur, quod in majoribus festis ad usq; vesperam jejunii sint, sacerq; mensæ differant communionem, & propterea si Theophania in Dominicum incidat, quo jejunare veteri traditione non licet, paucis quibusdam dactylis sumitis, quasi temperamento quodam, utriq; consuetudini satis facere jubentur editio Theophili Alexandrini *p. 2. synod. Bev. p. 170.* Quod cum Epiphanius verbis me conciliare non posse fateor, nisi de auctore genuino editi dubitare, eumq; in juniora tempora conjiceret liceat, quam quibus celeberrimus ille Theophilus vixit, in qua conjectura confirmor, quia etiam Blastares in *Syntagma lit. T. c. 5.* illam in festis jejunandi disciplinam κανότερον τρέζον recentiorem ecclesiæ morem appellat. Dies vero festo huic antiquitus non nisi unus videtur dictus esse, cum succedentes alios sibi memoria protomartyris Stephani, Johannis Evangelistæ, & infantium ab Herode occisorum vindicaret, nisi quod seculi IX. scriptores octavam Domini addunt, quod hodie simpliciter circumcisionis festum dici solet. Sed dignum nostris ecclesiis visuim est ingens illud beneficium, quod humano generi in filio Dei nato collatum est, ut ejus solennis recordatio, per plures dies producta, hominum laudes atq; merita eminentiore splendore superaret, ita ut mutatis etiam aliquibi pericopis Evangelisticorum triduum Christo sacrum sit. Has autem sanctas & solennes ferias pura summaq; religione venerari nostrum est, Cives Academicæ, atq; id agere, ut aucta potius quam deminuta tempore videatur prisca major in erga Deum pietas. Reliquerunt Saturnalia Romanorum, & id genus alia idololatriæ sacra multos in Christianis ethnicois mores, qui ma-

gis

gis genio indulgere, festivisq; ludis oblectari student his diebus,
quam se ad gravitatem Christianos decentem componere, animis-
que gratis mysteria Dei contemplari. Patres familias s̄pē, quibus
muneribus quasi cœlitus delapiis, larvisq; scenicis ac idololatricis
pueros sive exhilarent sive terreat, juvenes, quas domo natalitias
largitates expectent, aut expetant, secum magis deliberant, quam
quibus modis se Christo Domino hostias offerant, eiq; domicillum
in mente præstent. Abusum aliquem festi in coctâ similâ do-
noq; missâ quasi in honorem secundinarum b. virginis notat & im-
probatur c. 79. *Trull.* cumq; eadem synodus saltationes ethnicas
prohibet c. 61. tale quid fieri solere suo tempore à clericis in festo
natalis Christi & luminarium, innuit in scholio Balsamon. Alios
Anglorum ludos & convivia ab ethnicâ imitatione tracta, quibus
qui præsideat ex famulis sorte eligitur, ex Polydoro Virgilio iis ob-
jiciunt, qui festi sanctitatem exosam reddere satagunt Puritani.
Sed quod frequentiora hominum vitia sunt, pluribusq; abusibus
hæc sancta instituta contaminantur passim, eo nos oportet festi
religiosiores esse, quod non alia magis de causa transformare no-
bis latarias laborat, quam quod ipsi maximopere displiceat. Sensit
jam olim profanas hominum festivitates his sacris irreperere eccle-
sia, ideoque quorum testimoniiis nobis prima illorum celebratio
constat, illorum etiam monitis ab omni hoc luxu abstinere disca-
mus. *Nequaquam*, inquit Nazianzenus, *fores coronemus, non choros*
instauremus, non compita viarum exornemus Ec. & Ambrosius; *est mi-*
bi adversus plerosq; vestrum ait, querela non modica: de iis loquor, qui
nobiscum natalem Domini celebrantes, gentilium se feriis dediderunt
Ec. Tales ne & in Academiâ nostrâ nascantur querelæ, agite
id agamus omnes, ut dum Christum nobis natum esse meditamur,
ipsi Christo renascamur, aut quod jam tam renati sumus, omnibus
bonis comprobemus. Nostrum hoc proprium bonum est,
de quo ut alieno gaudent S. angeli. Sumus igitur ejus, qui noster
esse voluit, nec, qui beneficio huc potiores sumus, ad laudandum pro-
pterea Deum cœlestibns spiritibus segniores existamus! *P. P. Sub*
Sigillo Rectorali, in ipso festo Nativit. XXV. Decembri, anni, quem ab
incarnatione Christi numeratum à Dionysio, posteritas ad
nativitatis hujus æram traxit, MDLXXXVII.


¶ 5(0) 30




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742500926/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742500926/phys_0011)

DFG



ficii, retinemus & nos non tantum quas odiem servamus, summo mane synaxes, sciam à turriū canticis hymni angelicani sopore excusso ad vigiles Deo lauditiam hujus festi omnem jejuniorum disci in quartam vel sextā feriam incidat, veteri esuriales & stationibus dicatas, docet Epiphanius *ad Greg. sacr. p. 35.* Cui tamen sententiæ prævas ipse agnoscit, pœnitentiæ exercitiis laxoppositas, & illud Græcorum institutum ad in majoribus festis ad usq; vesperam jejunant communionem, & propterea si Theodorus incidat, quo jejunare veteri traditione nondactylis summis, quasi temperamento tudini satis facere jubentur edicto Theophilus *Brev. p. 170.* Quod cum Epiphanii verbisme confisi de auctore genuino edicti dubitare, ei conjiceret liceat, quam quibus celeberrimus quā conjecturā confirmor, quia etiam Blasius illam in festis jejunandi disciplinam *xauora ecclesiæ morem* appellat. Dies vero festo unus videtur dictus esse, cum succedentes a martyris Stephani, Johannis Evangelista, rode occisorum vindicaret, nisi quod seculi Domini addunt, quod hodie simplicitate solet. Sed dignum nostris ecclesiis visus dicum, quod humano generi in filio Dei in solennis recordatio, per plures dies producunt merita eminentiore splendore superaret, cubi pericopis Evangelicistorum triduum autem sanctas & solennes ferias purari nostrum est, Civis Academicj, atque quam deminuta tempore videatur priscaetas. Reliquerunt Saturnalia Romanorum in trarū sacerdotum a sacra multos in Christiani-



dominicis nocte musiconem, quæ excitet. Lætare, si quando ebdomade §. 22. & sic Menardus Januarias, in qvondam detur, qvōd mensæ differunt. Dominicum qvibusdam iij; consverni p. 2. synod. Sosse fateor, tria tempora Ius vixit, in. im. lit. T. c. 5. recentiorem us non nisi oria prototy whole octavam onis festum illud bene- n est, ut ejus laudes atq; is etiam ali- m sit. Has gione vene- aucta potius a Deum pi- alia idololat- res, qui ma- gis